



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Cap. I. Et factum est verbum domini ad Jonam filium Amathi, dice[n]s:  
Surge [et] vade in Ninwen ciuitatem magnam [et] prēdica ea, quia  
ascendit clamor malicię eius coram me.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

# W R V P E R T I A B B A T I S

## T V I T I E N S I S I N I O N A M P R O P H E T A M

### C O M M E N T A R I O R V M , L I B E R P R I M U S .

**F**actum est verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge et uade in Ninuen ciuitatem magnam et predica in ea, quia ascen-  
dit clamor malicie eius coram me. Mirantur fortasse grammatici quod  
per coniunctionem sic incipit: Et factum est uerbum dñi, cum de litera nihil  
præcesserit. Nos autem si causam attendimus, cur Ionas ad gentes missus sit  
prædicare illis, non miramur. Nam non solum beneuerumetiam mirabiliter & grauissime  
sonat auribus nostris initium huiusmodi. ¶ Quæ enim cauila extitit? Illa nimis: quia filii Isra-  
hel, prophetæ missi sunt, tot mirabilia facta sunt, toties pre-  
nunciata est illis captiuitas propter multitudinem peccatorum, nec unquam penitentia egerunt.  
Neque enim saltē unius regis tpe uitulos aureos colere cessauerunt, & ne unus quidem ex oibus  
regibus decem tribuum recessit à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Israhel. Ut de cœ-  
teristaceam, Helias missus in sermone & spiritu domini mira multa fecit, & nequaquam effecit  
ut relinquerent uti illi, licet propter signa tandem hoc obtinuerit ut scire pp̄l s q Baal nō eēt  
deus, clamaretq: Dñs ipse est deus, dñs ipse est deus. Successit illi discipulus Heliseus qui &  
pro hac intentione ut populum reuocaret plura q ille fecerat uolens signa facere. Quid seco 4. Reg. 2.  
(inquit) ut fiat spiritus tuus duplex in me, factumq: est qd petiuit: Nam si rite numeres, Helie-  
as quidem octo, Heliseus uero sedecim signa fecit: & hoc duplum fuit. Post haec mortuus ē  
& sicut ante mortem ita & post mortem eius uitulos cultus in Israhel perseuerauit. Mira-  
batur autem dominus, & tedebatur eum super Israhel, sciens quod si ad gentes mitteret, mul-  
to faciliores ad credendum eas inueniret. Unde ad quandam illoq: taliter locutus est: Fili ho-  
minis uade ad domū Israhel, & loqueris uerba mea ad eos. Non enim ad popl'm profundi ser-  
monis & difficilis lingua tu mitteris ad domū Israhel, neq: ad populos multos, & profundi  
sermonis & ignotæ lingua, quoq: nō possis audire sermones: & si ad illos mitterem te ipsi au-  
dient te: Domus autem Israhel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Experimento illud  
comprobari decebat, quod taliter dominus in uituperatione Israhelis gentes de facilitate au-  
diendi & credendi præferebat. Ad huius experimenti ministerium electus est hic Ionas, cu-  
ius post mortem Helisei, taliter scriptura libri Regum mentionem fecit. Ipse uidelicet Hie-  
roboam filius Ioa filij Iehu regis Israhel restituit terminos Israhel ab introitu Hemath usq:  
ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei Israhel, quem locutus est per seruum suum  
Ionam filium Amathi prophetam. Igitur dum per coniunctionem incipit, dicendo: Et fa-  
cium est uerbum dñi ad Ionam: ad ea nos mittit quæ iam diximus: ut sit sensus: Fili Israhel  
non audierunt quæ præceperat dominus, mittens ad eos in manu seruo & suo Prophetam,  
sed induauerunt ceruicem suam, & tradiderunt se ut facerent in alium coram domino & ie-  
rarent eum, & idcirco factum est uerbum domini ad Ionam. Surge (inquiens) & uade in Ni-  
niuen ciuitatem magnam, & prædica in ea, quatenus in comparatione gentium damnabilis  
Israhel amplius ostenderetur. Et idcirco iudicium domini tradensis uel traditur illos in ca-  
pitulatem irreprehensibile comprobaretur Ninivitum penitentiam agentibus, filiis aut̄ Isra-  
hel in ipso penitentia persistentibus. ¶ Hic Ionas dicitur filius Amathi, i. ueritatis. Tradunt enim  
Hebrei hunc esse filium uiduae Sareptanae, quem Helias Propheta mortuum suscitauit, ma-  
tre postea dicente adeum. Nunc cognoui quoniam uir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo  
uerum es. Et ob hanc causam etiam ipsum puerū sic uocatum filium Amathi. Amathi enim  
in nostram linguam ueritatem sonat. Et ex eo quod uerbi Helias locutus est, ille qui suscitatus ē  
filius esse dicitur ueritatis. ¶ Porro q: ait dominus: Quia ascendit clamor malicie eius corā  
me, hoc ipm ē qd in Genesi df: Clamor Sodomæ & Gomorrhæ multiplicatus ē. Et ad Cayn  
Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. ¶ Nūc iā qm̄ Ionas iste missus ad Ninien  
typus est saluatoris mittendi ad gentes, dicendum est, quādo ubi uel quomodo factum sit ad  
eum uerbum dñi, qui utiq: ipse secundum diuinitatem uocatur & est uerbum dñi. Si queris factum sit  
ubi, nimirum ad fluēta Iordanis. Si queris quādo, uidelicet prædicante lobāne, & baptizāte Mat. 3.

V 2 baptis

# COMMENTA RUPER ABBAI LIB. I

baptismū p̄c̄nitentiae. Si quāris q̄o, utiq̄ apertis ccelis, & descendente in eum spiritu san  
sancto in specie columba simulq̄ personante uoce patris. Hic est filius meus dilectus in qua  
mihi bene cōplacuit. Tunc (inḡ) & taliter factū est ad eū uerbū dñi, quēadmodū & ipse con  
pprio cōfirmauit Vniuersitatis episcopū Nazareth ubi erat nutritus itrauit scdm̄ cōsuetudine sui de  
sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaiæ propheta. Et ut revi  
uit librum, inuenit locum ubi erat scriptum. Spūs dñi super me, propter quod unxit me, et  
gelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, prædicare annum dominicae  
ceptum: & hæc scripture (inquit) hodie impleta est in auribus uestris. Vnde q̄ spiritus sa  
cius super eum in specie columbae descendit: pulchre ipso quoq̄ nomine figurauit eum lo  
nas: Interpretatur enim columba (ut iam dictum est) interpretatur etiam dolens. Que nim  
rum interpretatio & ipsa nihilominus ad mysterium pertinet; quia ipse est quem Esaias u  
dolos, & prænuntiauit, & scientem infirmitatem: subiungēs: V eræ languores nostros ipse  
lit, & dolores nostros ipse portauit. Ab ipso baptismo p̄c̄nitentiae quem suscepit ieiun  
ingrediens, & deinde p̄dicando & p̄secutiōes sustinendo p̄c̄nitentiam continuans, & p̄m  
bis dolens, & dolores nostros usq; ad patibulum crucis portans. ¶ Nunquid autē necesse  
quibus pauperibus euangelizare, quibus captiuis remissionē mitteretur p̄dicare? Nungq;  
scire poterat quod ad gentes pertineret suæ p̄dicationis officium, quod scire & prender  
re Prophetæ potuerint? & nouissimum ille Symeon, qui dixit eum salutare domini parata  
ante faciem omnium populoꝝ. Lumen ad reuelationem gentium. Attamen ad gentes  
ire noluit itmo & discipulos ne irent, prohibuit, dicens: In uiam gentium ne abiētis. Iusti  
lii Chananeæ clamanti post se non cito respondit, sed tantummodo Iudeis p̄dicatoris  
cepto quod in Samaria duos dies manxit. Sequitur ergo. ¶ Et surrexit Jonas vi fugere  
in Tharsis a facie domini. Dure quidem sonat, neq; salvatori conuenire uidetur quo  
dicitur, ut fugeret Jonas à facie domini: Sed si fugientis intentionem consideres nec in p  
Propheta ualde est fuga reprehensibilis, quia non eam infidelitas sed pietas fecit. Condole  
bat enim pio affectu, suæ id est, Hebraeæ genti, eo quod in condemnationem eius mitten  
tur ad p̄dicanandum Ninivitum, ut in comparatione Israhelis iustificarent Assyriꝝ & in co  
paratione Assyriꝝ condemnatus Israhel perpetuæ traderetur captiuitati. Non genitio  
ludem oderat, sed suæ gentis damnationem timebat, atq; idcirco fugiens non multum de  
displicebat, itmo, ppter pietatis magnitudinē ualde cōplacebat. Magis displicere posset, si  
non doleret, sicut Moses non displicuit, dicendo: Aut dimittite eis hanc noxiā, aut nō la  
cis, dele me de libro quem scripsisti. Nec Apostolus optando esse anathema à Christo p  
fratribus suis: sic & iste taliter fugiendo non displicuit, quod maxime rerum exitus compo  
bavit. Quis enim omnium prophetarum tanto glorificatus est miraculo, tam mirabiliter  
isti mortem atq; resurrectionem p̄signauit exemplo? Igitur quod illis non ualde impo  
biliter fecit fugiendo à facie domini: Christum dominum laudabiliter fecisse aliquo modo  
res manifesta innuit. Nam hic non quidem per inobedientiam utq; fugit, sed pietatis effici  
condemnationē suæ gētis ad t̄p̄s refugit. Testes sunt illæ lachrymæ quas fudit, uidens uita  
tem & flens super illam, atq; dicens: Quia si cognouisses & tu, &c. Testis (inquit) ille est fui  
tus, q̄ ueraciter iudicium diuinitatis quod suæ genti imminebat, refugere uoluisse huma  
nitas affectu. ¶ Nouit enim & nosse debet Christiana fides, quod in uno eodemq; Christo  
sicut duæ sunt naturæ, altera diuinitatis, altera humanitatis: ita & duæ erant voluntates fu  
operationes. Voluntas diuinitatis erat relinquere Iudeam, & tradere Hierusalem in manu  
hostium. Voluntas erat humanitatis ut liberaretur sua gens uel ciuitas Hierusalem, & in  
misericordia non pateretur excidiū. Illa iusta, hæc uoluntas erat pia. Porro diuinitatis voluntate  
præcedere, humanitatis autem subseq̄ui conueniebat. Obedienter ergo concedens, cum  
xisset: Mi pater si possibile est transeat à me calix iste, nolens gentem suā propter mortis fa  
scelus interire, subiunxit protinus. V eruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et iterat  
ter mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. ¶ Igitur Iomuſ  
prædicare in Ninive, fugit in Tharsis, id est, in mare Tharsis. Namq; generaliter maris dico  
tur, ut illic; In spiritu uehementi conteres naues Tharsis. Christus autem ad hoc natu  
rā cum Deus esset homo factus, ut esset ipse expectatio gentium, & saluator eorum, Iudeus

**Luc. 4.**

**Esa. 53.**

**Matth. 4.**  
Christus & fi  
ad gentes mis  
tebatur uolu  
titamen pris  
mum Iudeis  
annuntiare  
euangelium.

**Luca. 5.**  
Mat. jo  
March. 15  
Iohā. 4.

**Fuga Ioniæ pia  
& placens  
deo**

**Exo. 32.**  
Roma. 9.

**Luc. 9.**

**Chrs ex duas  
bus naturis,  
duas etiā has  
buit uolunta  
tes.**

**March. 26.**

**Tharsis mare  
& generaliter  
Psal. 47**

IN IONAM PROPHE CA. I. Fe. CXVII

fluctibus se tradidit, qui propter crebras seditionum tempestates, amplius q̄ ulla gens mai-  
riamiles poterant reputari. Neuter eoz. s. neq; ionas, neq; Christus salutem gentibus inui-  
dit, sed uterq; gentis suae condemnationem imminere condoluit. L Et descendit in Jopo-  
pen, et inuenit nauim euntem in Tharsis, et dedit naulum eius, et descendit in eam,  
vitare cum eis in Tharsis a facie domini. Illoppen portum esse ludææ in Regū quoq;  
& Paralipomenon libris legimus: ad quem Hyram rex Tyri ligna de Libano ratibus trans-  
ferebat quæ Hierusalē terrestri itinere perueherent. Iuxta regionis naturā, de mōtanis & ar-  
duis ad loppen & cāpestria ueniens, recte descendisse dicitur: & notanda fugitiui & timidi  
festinatio. Non locum fugæ otiose eligit, neq; em̄ ad certū fugere cupiebat locū, sed primā  
arripit occasiō nauigādi quolibet ire festinās. Scdm hanc similitudinē dñs noster synago-  
gam introiēs quondā speciosam. Hoc em̄ nomen loppe interstatur speciosa, nauim sibi. i.  
euāgelicæ prædicatiō scholā instituit. Illius nauicula remiges duodecim Ap̄l fuerūt, qui  
bus & dedit naulū. i. dona gratia, s. uirtutē & potestate sup om̄ia dæmonia, & ut lāguores  
curarēt; p̄misitq; regnū cōelos, ut ingressi mare. i. inquietū pplm ludæoz, per ciuitates &  
castella circūundo, & euāgelizādo fortiter remigarēt. Illud quoq; ad hoc mysteriū pulchre  
alludit, qđ pl̄erosq; illoz qbus eiusmodi naulū dedit de puppib; uocauit. Erāt em̄ p̄scato-  
res, & ad hoc uocauit eos, ut mutato remigio de p̄scatorib; p̄sciu faceret p̄scatores hoīm.  
Igitur paſſibilis adhuc & infirma caro nondū fortiter obediebat: quia uoluntatē diuinitatis  
de repellenda ludæa gentibusq; assumendis exequi tardabat: & sicut iam dictū est, super ci-  
uitate ruitaram flebat. Sed didicit (ait Apostolus) ex his quæ passus est obedientiā. Nam p̄  
passiōnē cōsummatus, talis effectus est, ut fortiter obdirez: nullūq; iam dolorē sue cōpassio-  
nem extūc; nisi solis penitētibus impendere pōt: q̄ppe cum ante passiōnē suā super impēce  
nitentes fleuerit, nunc imp̄ios in iferno ardētes fissis oculis uidet. Qualia pati, uel qualiter ex  
his quæ patet obediētā discere habet, p̄sens mystice p̄signauit historia. L Boni-  
nus aut̄ misit ventū magnū in mare, et facta est tempestas magna in mari, et nauis pe-  
ricitabat conteri. Et timuerūt nauig; et clamauerūt ad deū, et miserūt uasa quæ erāt  
in naui in mare, ut alleuiaretur ab eis. Et Jonas descendit ad interiora nauis, et dor-  
miebat sopore graui. Quantū ad historiam, & omnipotētia dñi, quo aduersante nihil se-  
curum est, & nauig; timidas, & prophetæ magnanimitas describitur: q̄ non tempestate nō  
periculis conturbatur, eundem & in tranquillo & imminentē naufragio animū gerens. Deo-  
nicq; ali⁹ clamant ad deos suos, uasa proiecunt, nititur unusquisq; quod potest, iste tam quie-  
tus est & securus animiq; tranquilli, ut ad nauis interiora descendens, somno placido perfru. Somnus Ios-  
at. Veruntamen quod dormit, non securitatis est sed mōceroris. Nam & Apostolos legi-  
mus in passione domini p̄z tristitiae magnitudine somno suis depresso. Porro iuxta cę-  
ptum mysterium turbatio maris siue magnitudo tempestatis, & pericitatio maris, Iudaicæ  
sunt seditiones & persecutions, & uniuersæ domini passiones. Timor nautarum, timor est  
Apostolorum: & dormitio lōne, magna est tranquillitas diuinæ in Christo patientiæ, qua  
semetiplasm continens fortitudo maiestatis, humanitatem suam suosq; discipulos periculis  
eximere distulit. Quod ut amplius perpendere delectet, simul ad memoriam reuocandum  
est quia ipse Dominus Deus noster in sua persona quodam tempore nauiculam ascendit, Mat. 8  
& fecuti sunt eum discipuli eius, & motus magnus factus est in mari, & timuerunt discipuli,  
ipse uero dormiebat. Et hic & illuc motus maris uim persecutionis, & dormitio taciturnitas  
tem patientiæ eius significauit: quam non ferentes, in nostra tribulatione dicimus: Exurge, Psal. 43.  
quare obdormis Domine. Alibi quoq; cum itidem nauicula iactaretur fluctibus: legimus Mat. 14.  
eum ad discipulos uenisse ambulando supra mare: quo miraculo significabat, quod po-  
tenter superaret easdem passiones suas. Nunc rem secundum ordinem literē persequamur.  
Dominus (inquit) misit uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Vetus in ma-

V 3 Quis

Ioppe  
3. Regū. 2.  
2. Para. 2.

Luc. 9.

Luez. 10.  
Heb. 5.

ne ex magno  
mōcerore ob-  
repit.  
Matth. 26.

# COMMENTA R VPER. ABBA LIB. I

- Reg. 22.** Quis decipiet Achab regem Israhel, ut ascendat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uetus huiuscemodi, & aliis aliter. Egressus est igitur spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiā illum. Cui locutus est dominus. In quo? & ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarū eius. Et dixit dñs: Decipies & praeualebis. Egredere & facia. Quomodo tunc misit spiritum mendacij ad decipiendum illum, qui cum uxore sua leuabat occiderat prophetas domini, sic spiritum malum misit quo concitarētur Iudæi. Sicut re uento solet moueri ut aduersus dominum fremerent, & mensuram patrum suorum implerent: dicit aliquid. Ergo ne Iudeos dominus tam malos esse fecit, aut tam malos esse uoluit, sed ut occiderent Christum filium dei? Non utiq̄ malos illos fecit, aut malos esse uoluit, sed mali essent, facultate malitiae complendæ illis permisit. Sic & de Pharaone oporteret intelligi.
- Exo. 7.** Non enim illum Deus malum esse fecit, sed cum malus esset in regem illum excitauit, unde ipso ostenderet fortitudinem suam, id est, ut de nota persona daret exemplum quā bene posset deinceps hominum superbiam. Itaque sicut querenti: Cur Deus Pharaonem cum esset malus excitauerit in Regem, recte respondetur. Idcirco ut in ipso ostenderet fortitudinem suam. Ita querenti: Cur Iudeos cum essent mali permisit h̄c potestatē occidēti Christi, recte respondetur, ut in illo scelere terminaret iram suam ulciscendo super genus huminum in Christo, in quo posuerat iniquitates omniū nostrū. Igitur uentus magnus quem misit dominus in illud mare, id est, in illum populu amarum & profundæ malitiae ille immundus spiritus est, de quo ait Christus eodem loco, ubi tentantibus & signum querentibus respondens non esse signum illis dandum, nisi signum huius Ionæ: hec interlocutus ē Génitius mundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa querens requiem, & non ueniens, dicit: Reuertar in domū meam unde exiui. Exierat enim de populo illo, quando monte Synai legem accepit: reuersus est in eum, quando uidens filium Dei dæmonia encitem blasphemauit, dicens: In Beelzebub principe dæmoniorū ejicit dæmonia. Idcirco tunc dixit: Cū immundus spiritus exierit ab homine & cetera. Illa reuersio dicentis: Reuertar in domū meam unde exiui: Talis missio fuit domini, qualis loco uel tempore supra memorata quando spiritui mendaciū dicentis: Ego decipiā Achab sic, & sic ipse respondit. Decipies & praeualebis. Egredere & fac ita. Eode inquit modo dicentis: Reuertar in domū meam unde exiui, & faciat nouissima illius peiora prioribus: dixerit iustus iudex Dñs. Reuertere & praeualebis: siue, Reuertere & fac ita. Nam eo quod ueritatē carnis non receperūt ut salutem, idcirco misit in mare illud uentū eiusmodi: idcirco misit & mittet illis Deus operationes roris (ut Apostolus ait) ut credant mendacio, & iudicent orūnes qui non crediderunt realitate, sed confenserunt iniqtati. ¶ Et facta est inquit tempestas magna in mari, & nauis partabatur conteri. Propter nauigationē Ionæ facta est in mari tempestas magna. Propter prædicationē Christi facta est in populo Iudeorū commotio magna. Hinc est accusatio illa tu multuantū atq̄ dicentium. Commouit populum docens per uniuersam Iudeam, incipiens à Galilæa usq̄ huc. Nauis periclitabatur conteri, & nautæ timuerunt. Euangelica doctrina a contradicentibus & blasphemantibus saepe impedita est & Apostoli in timore fuerunt. Et illi quidē Deum uere adhuc nescientes, ad Deum suū clamauerunt: A postolo autē in ipsa prædictatione inter blasphemias Iudeorū Christū filium Dei confessi sunt. Et interim nautæ mittebant uasa quæ erant in nauim mare, ut alleuiare fab eis, id est, omnia quæ in hoc secundo lo haberi possunt uel concupiscentia sunt, negligebant, contēnabant atq̄ abiiciebant magis essent liberi atq̄ expediti secundū consilium dicentis: Nolite portare sacculū, neque param, neque calcamenta, neque duastunicas habeatis. At ipse dormiebat, quia cū est etō potens, suā omnipotentia continebat, neque Iudaicæ tempestatis ulciscebatur in iurias. Sequitur ergo, ¶ Et Ionas descedit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Quomodo in tanta inquietudine quietus dormire potuisset, nisi quia in figura contingebat illi. Sed in tanta agebatur ut dormiret? Deniq̄ futurū erat (ut sicut iam dictū est) inter tempestates Iudeas Dominus noster cum esset fortissimus Deus ualde patienter se habereret, quod dormire quodammodo est. Ille sopor recte dicitur graui, quia nimis graue fuit. Apostolus graui est & nobis, illum qui custos Israhel est dormire in aduersis, dum tam blasphemias illas amini suo, q̄ pressuras, quas in hoc mundo habent eius, non citius compescit. ¶ Et accelle-
- Exa. 13.**
- Matth. 12.**
- Reg. 22.**
- Rom. 1.**
- Tempestas magna in mari.**
- Luce. 23.**
- Dormire sōpore graui.**

IN IONAM PROPHET. CAP. I. FO. CXVIII

ad eum gubernator, et dixit ei: Quid tu sopore deprimieris? Surge, invoca deum tuum, si forte recognoscet deus de nobis, et non pereamus. ¶ Gubernator ut naturale est unumquemque in suo periculo de alio plus sperare, cum deberet uectores timidos consolari, cernens discriminis magnitudinem excitat dormientem, & arguit impudentiae securitatis, commonet ut ipse quoque pro utili portione deprecetur Deum suum. Hic Petri Apo-  
Gubernator  
stolitypus est. Ille enim dicente Dño: Quem dicunt homines esse filium hominis? Item: Vos gerit Petri typum  
autem quem esse dicitis? Respondens ante ceteros, uel primus inter ceteros, Tu es, inquit) Match.10.  
Christus filius Dei uiri. Et pro hoc merito sic inter ceteros Apostolos in ecclesia, quomo-  
do inter ceteros nautas gubernator, sive proteta praeminet in nauicula. At ille talis designa-  
tus a Dominō dicente: Beatus es Symon Bariona, & cetera. Cum protinus idem dominus Mat.16.  
cepisset ostendere discipulis suis: quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & die tertia resurgere: assurans  
eum ceperit increpare illum, dicens: Absit a te Domine propitius esto tibi, non erit tibi hoc  
Haec nimurum dicens: quasi gubernator Ionam cur dormiret, increpabat: quia Dominum  
pati prohibebat, suadens ut sua potius uirtute tanquam uigilans uerteretur: ut pote Dei fili-  
us potens & fortissimus. Sequitur. ¶ Et dixit vir ad Collegam suum: Glenite, et mitra-  
mus sortes, vi sciamus, quare hoc malum sit nobis, et miserunt sortes, et cecidit  
Sortibus non credendum.  
Sortes super Ionam. Nouerant illi naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebant  
Act.1.  
tempestatem ventorum & rationes. Et utique si solitos, & quos aliquando experti fuerant,  
fluctus uidissent consurgere, non cu sorte auctore naufragij quererent, & per rem incer-  
tam certum cuperent deuitare discrimen. Nec statim debemus sub hoc exemplo sortibus  
credere, uel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare, ubi sorte Mat-  
thias in Apostolatum eligitur, cum primitus singulorum non possint legem facere com-  
munem. ¶ At uero iuxta coepitam tropologiam, quotiens aduersus CHRISTI nau-  
culam Christiani discipulos, mundanorum consurgit tempestas fluctuum, talis sors & talis  
termittenda est, ut sciat unusquisque cuius causa malum illud sit, uel quae sibi causa sit patiendi  
Poteſt enim esse ut in persecutione Christiani nominis non tam ipse CHRISTVS quam  
aliud quid in intentione uel conscientia repositum sit. Propter quod patiatur homo qui  
Christianus dicitur, & undantibus fluctuet aduersis. Quod si sita non esset, nequaquam Pau-  
lus diceret. Et si tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autem non habucro, nihil mihi prodest. Poteſt etiam eueniare ut in CHRISTVM credens, quis pro suo malefacto  
patiatur quid ab infideли. Hinc Petrus ait: Melius est benefacientes si uelut uoluntas Dei patiatur ut Christianus; quod patiendi uel passionis causa sit ei CHRISTVS. Tunc reuera-  
cias sors super CHRISTVM, sicut ceci dicit super Ionam, quod ipse sequentium esset  
causa fluctuum. Talem conscientiam sancti habebant Apostoli inter Iudeos procellosos. Luke.11.  
Exempli causa: Quando dixit Thomas ad condiscipulos: Eamus, & nos moriemur cum illo. Cor.13.  
Io.1. Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius causa malum istud nobis sit. Quod  
est opus tuum: que terra tua? et quo vadis? vel ex quo populo es tu? ¶ Notanda  
breuitas, quae apud insignem Poetam placere solet verbis istis, Iuuenes, quae causa subegit  
Ignostentate uias, quo tenditis? inquit. Qui genus, unde domo, pacem ne huic fertis an-  
armas? Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, ut ex his cognoscere, & causa discriminis.  
Indica (inquiunt) nobis, cuius causa malum istud sit: quid operis agis? De qua terra?  
de quo populo proficisci caris, quo abiit festines? ¶ Porro Dominum nostrum non solus Christus de ois  
lum sui nauta, id est, Apostoli sui secretis percunctionibus sciscitabantur, ut scientiue bus illis, de q  
rum etiam publicis tumultibus aduersari eius eadem percunctati sunt, ut uiderent quis es- bus & ionas  
set, quid operis ageret, unde esset, quo tenderet. Cum enim diceret eis: Si non credideritis, interrogatus  
quia ego sum, moriemini in peccato uestro; Dicebat ei: Tu quis es item cu diceret. Adhuc est  
modicum tamen uobis sum, & uado ad eum q misit me. Queretis me & no inuenietis, & ubi sum Iohan.3  
ego uos no potestis uenire. Dixerunt ad semetipos. Quo hic iturus es, q no inueniemus eum. Iohan.7

# COMMENTA RUPER ABBAI LIB. I

Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Sed & genus eius prout  
Ioh. 7. ue quæsierunt, cum eo dicentes: Et testimonium perhibet de me qui misit me pater, dixerunt:

Ioh. 6. Vbi est pater tuus? Nihilominus quæsierunt. Quod esset opus eius cum eo dicere? Hoc est  
Ioh. 19. opus dei ut credatis in eum quem misit ille, dixerunt. Quod ergo tu facis signum, ut videamus?  
& credamus tibi: quid operaris? Sed & Pilatus auditio sermone dicentium: Nos legem habo-  
mus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Ingressus prætorius iteg. dixit  
ad eum: Vnde es tu? Attamen ante interrogauerat & audierat quod de Herodis potestate, i.  
homo Galilæus esset. Si ergo illi, quos mystice per tumentes maris fluctus intelligimus, in-  
terrogauerunt eum quis esset, quod opus eius, quæ terra eius, quo iret, uel quo iturus esset, qui  
Mar. 4. tomagis hæc interrogasse constat. Apostolos familiares & collaborantes illi in remigio  
nauigatoe euangelij, gibus, ut euangelium refert, seorsum loquebaſ of regno dei. Segnū ego  
Hebrei apti. L. Et dixit ad eos: Hebræus ego sum. et dñm dñs ego timeo, qui fecit mare terram.  
nomen hic q. Multum quippe ad mysteriū pertinet, quod non dixit: Iudeus aut Israhelita sum ego, qua-  
ludic aut Isra- nomina. s. Iudæi & Israhelitæ discordia diuiserat, qua per Hieroboam scindentem decem  
helis. tribus à domo Dauid acciderat, sed dixit: Hebræus ego sum. Hebræus nāq transitor inter-  
pretatur. Et hoc nomen ualde Christo congruit, qui nō uenit in hunc mundū ad manendū  
Iohan. 6. fine ad regnandum, sed ad pertransendum tanq uiator, nō habens hic manentem ciuitatem ad  
Iohan. 18. regnum ut transiret, & transiendo salutis opus ministraret, quēadmodū de semetipso tanq de-  
Esa. 35. alio dicit, & transiens ministrabit illis. Et euangelista: Sciens (inquit) quia uenit hora eius, ut  
Lucas. 12. transeat ex hoc mundo ad patrem. ¶ Et deinde dicit: Et dñm deum cœli timeo, nif illos nos  
Iohan. 13. hūanitati eius cōgruit, qā ipse ē de q Propheta prædixit. Et replebit eum spūs timoris dei.  
Christimor. Vere timore sancto timoratus & reuerentissimus extitit, timore qui & uere humilitas detec-  
humilitas.  
Esa. 44. dicit & cōstimirari. Huius timoris, i. humilitatis magisterium profitetur ipse dicendo: Dicite i  
Math. 10. quia mitis sum & humiliis corde. ¶ Simul norandum in Propheta, quod non dixit: Et deo  
Fugere domi- minum deum cœli ego fugio, sed ego timeo. Licet enim fugeret à facie domini, nequaq tu  
num, & a fas- men deum fugit aut fugere uoluit. Aliud nanc est fugere dominum, aut fugere à facie de-  
cie dñi distes- mini. Semper malum est uelle fugere dñm, & eoz est maxime, qui illum oderunt. licet effe-  
runt.  
Plat. 20. gere non possint sicut scriptum est: Dextera tua inueniat orines qui te oderunt fugere autem  
à facie domini, id est, refugere sententiam, uel tremendum propositum dei, potest intendere  
qui deum diligit, quemadmodum iste, q refugiebat administrare prophetale officia mēdi-  
demnationem lūre gēti. Quod autem pertinuit tali in articulo dicere, qui fecit mare & aridam  
præsertim illum qui à facie dñi fugiens, ierat in mare, relinquens aridam, nisi ut ostendere  
certa scdm rationem de omnipotencia creatoris habere fidem uel sententiam, quis scdm ca-  
nis affectū fugitans declinare tentasset impendentē sua gēti pro meritis iram. Sic & dñs no-  
ster sine dubio rōnalem habens aiam scdm ipsam rōnē, sciebat insitū sibi diuinitatis iusta cōfiden-  
tia que saluari gentes, & derelinqui censebat Iudæa, q̄uis per humanitatis affectū gentes  
differens æmularetur Iudæa, ita ut fieret super eā. Et ille quidē fluctibus circūdatu*s*, ad late-  
Heb. 5. pestate correptus: dñm deum (ingt) ego timeo ipse aut̄ Christus ex his quæ patet, dīca  
Iohan. 14. obedienciam, sicut mandatum dedit mihi pater (inquit) ita facio, subiungens proinus surgit et  
mus, qd idem erat ac si diceret (utpote cœlestibus semp mysteriis intentus) qm sic est uoln-  
tas patrii, Iudæa relicta ad gētes traseamus. L. Et timuerunt viri timore magno, et dixi-  
runt ad eū: Quid hoc fecisti? Lognouerant em quod à facie dumini fugeret, quia in  
dicauerat eis Jonas. Historiæ ordo præposterus est: Quia enim poterat dici, nulla cu-  
sa timoris fuit, ex eo quod eis confessus est, dicens: Hebræus ego sum, & Dominus  
Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam, statim quod idcirco timuerunt: quia inde  
cauerat eis se dñi fugere cōspectum, & eius nō fecisse præcepta causantur & dicunt: Quia  
hoc fecisti? Id est, si times Dominum, cur fugis? Si tantæ prædictas potentias quem colo-  
Matth. 10. quomodo putas te eum posse euadere? Sic & Apostoli Christi non ex hoc timere  
bant, quia dicebat: Quis nam ipse esset, nisi etiam dixisset eis: quod uenisset dare animam  
am redēptionem pro multis, quasi qui fugisset à facie Domini: quod ipse quidem in  
persona, nunquam (ut superius iam dictum est) inobedienter fecerunt illi, quem  
ipse super se peccata tulit, propter quos oportebat eum pati uel mori. Cum enim audirem  
Adem

Adam & uxor eius uocem dñi dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiē absconderunt se à facie domini dei in medio ligni paradisi. In Adam (inquit) Apostolus omnes peccauerunt, & idcirco recte dicas: quia omnes in eodem à facie domini se absconderunt: Christus autem non quidem in anima peccauit, aut sese abscondit, sed eorum qui in illo peccauerunt, & in illo sese absconderunt à facie domini, super se, ut iam dictum est, peccata tulerit. Hoc Apostolis suis indicavit, quod oporteret ipsū mori, & animam suam dare redēptionem pro illis, & idcirco timuerunt, tam propter semetipsos, q̄ propter eum, quia cum eis, sent adhuc infirmi, nō erant ad moriendum pro illo parati. Sequitur ergo. L Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis? Quia mare ibat & intumescebat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite me i mare, & cessabit mare a vobis. Scio enim, quia propter me tempestas hęc grandis est super vos. Et remigabant viri ut reueterentur ad aridam & non valebant, quia mare ibat & intumescebat super eos. Secundum hanc enim similitudinem nautarū, sic timentium & talia dicentium, quis non uideat, pios egisse aut dixisse Apostolos, quando mare ibat & intumescebat super eos, id est, quando turba impacabiliter seditionis dominum quārens circundabat illos? Videntes enim ait Lucas, quod futurum erat, domine inquit, si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum Pontificis, & amputauit auriculam eius dextram, uidelicet Petrus, cuius hic in naticlero similitudinem intelligimus. Respondens autem Iesus ait: Sinite huc usq. Et apud alium Euangelistam: Conuerte (inquit) gladium tuum in locum suum. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebantur scripturæ: Sed & paulo ante dixerat: Ecce ueniet hora, & iam uenit, ut dispergantur unusquisque in propria, & me solum relinquatis. Nimirum hęc & cetera huiusmodi: nūlia sunt sermoni, quem hic Jonas mira magnitudine dicit: Tollite me, & mittite me i mare, & cessabit mare à vobis. At illi remigabant, ut reueterentur ad aridam: nam etiam in gladio (sicut iam dictum est) percutere cōperant, ut cum ipso Domino simul euaderent turbam illam, & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos. Paucis enim fortiores erant qui persequerantur eos, præsertim ipso propter quem tempestas grandis erat, sponte patientiam exhibente; quia necessaria mundo erat eius passio uel mors. L Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus Domine ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine quemadmodum voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, et stetit mare a furore suo. Et timuerunt viri timore magno, et immolauerunt hostias Domino, & vota uouerunt. Clamor iste nautaram, dolor sue luctus & fletus est discipulorum. Quando necessario tulerunt Ionam, & in mare miserunt: tūc clamauerūt, quia quando consummata sunt omnia, & corpus eius permisum suscipientes sepelierunt, doloris sui uoces emiserunt, primo centurione (sicut Euangelium refert) dicente: Vere hic homo iustus erat, & uere homo hic filius dei erat: omnesq; noti eius qui stabant à longe, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, omnisq; turba eorum qui percutientes pectora suareuerterebantur: hęc quodammodo dicebant: Quæsumus domine, ne pereamus in anima viri istius & cetera. Sed & in eo, quod relicto eo, discipuli omnes fugerunt, Dominū in mare miserunt: quia dimiserunt, quia solum reliquerunt. Quod ita dimiserunt, infirmitatis: quod autem sepelierunt, sicut officiū. Vt rōlibet modo completum intelligis, cōgrua similitudo istorum, uidelicet, Apostolorum in illis nauigantibus præcessit, qui laborauerunt quantum potuerunt: remigauerunt, quantum ualuerunt. Et quia nihil proficiebant, tandem tristes & gementes, Prophetam in mare miserunt. Et mare quidem stetit a furore suo, sed uir timuerunt timore magno, id est, satiati Iudei scelere suo, cessauerunt persequi discipulos. At illi propter Magistrum & Dominum suum, fuerunt in dolore maximo. Et immolauerunt (inquit) hostias Domino, & uotum uouerunt. Hostias immolauerunt Apostoli, hostias penitentiae & confessionis cum luctu & lachrymis, & ipsi hostiae sunt facti uiuentes: præcipueq; Petrus, qui illum negauerat, deflendo ipsam negationem. Hostiam Euangeliū immolauit in euangelio (quod scribitur secundum Hebræos) Iacobus frater ipsius dñi, quando secundum hęc deuouisse fuit se nō manducaturū panem, nisi prius uideret eum à mortuis resurgentem: bræos.

Et præ

Gene. 5.  
Rom. 5.

Lucas. 22.

Math. 26.

Ibidem. 27.  
Lucas. 23.